



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.2. Hanc Christi victoriam eleganter cecinit Abacuc prophetæ, & mirabili celebravit mysterio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

En tibi ait Sapientissimus Eliphaz, in quo sua demonstrat omnipotentiam, quod scilicet. *Apprehendit sapientes in astutia eorum, hoc est interpretate D. Chrystost. In suis armis eos subigit. Hoc saepe*

D. Chr. Hu. 10. 1st. Tom. 4. Li. 6. mor. cap. 12. 13. 14. multorum opera contra Salvatorem, ipse Salvator eos apprehendit, eorum sibi corda & voluntates subegit, & per eos, ipsos Principes rubore confudit. Non incongrua est lectio Divi Olympiodori, a qua videtur continere D. Cyprii nec victoria, non D. Ambrosii. *Qui arguit sapientes in astutia sua: In mentem tibi redeat, quod heri diximus, quod Arguere, significet convincere. Sapientes propriis committit argumentis. O quanta prestantes sapientia insidius, si per argumentum ab altero propositum, quo te criminis alicuius reus committat, adeo nervoso, vt nullum suo iudicio responsum admittet, tu eodem pravaleus evidenter illi probares, te ab omni scelere liberum, illum vero totius culpæ reum, meritoque damnandum.*

VIII. Talis fuit confudit. Non incongrua est lectio Divi Olympiodori, a qua videtur continere D. Cyprii nec victoria, non D. Ambrosii. Qui arguit sapientes in astutia sua: In mentem tibi redeat, quod heri diximus, quod Arguere, significet convincere. Sapientes propriis committit argumentis. O quanta prestantes sapientia insidius, si per argumentum ab altero propositum, quo te criminis alicuius reus committat, adeo nervoso, vt nullum suo iudicio responsum admittet, tu eodem pravaleus evidenter illi probares, te ab omni scelere liberum, illum vero totius culpæ reum, meritoque damnandum.

Memineris eius quod contigit in causa sanguinis Susannæ pudicissimæ. Perverti eam insimulant seniores populi Iudices adulterij, argumentum autem fortissimum contra eius honestatem producebant ex horto & arboribus, testantur quod illam in flagranti delicto in horto inter spinas arborum umbras reperissent, sic vt ipsi soli eam potuerint intueri. Efficax argumentum, & facile creditu, cum delicti locum inter arbores designent. Ingreditur Daniel divino numine affatus, & ait: Adduc illos ad me, ipse illos evidenter mendacij rearguam, sic vt Susanna ab omni flagitio innocens absoluat, illique totius flagitij compositores morri adiudicentur.

IX. Talis & Daniel in ti quod illam in flagranti delicto in horto inter spinas arborum umbras reperissent, sic vt ipsi soli eam potuerint intueri. Efficax argumentum, & facile creditu, cum delicti locum inter arbores designent. Ingreditur Daniel divino numine affatus, & ait: Adduc illos ad me, ipse illos evidenter mendacij rearguam, sic vt Susanna ab omni flagitio innocens absoluat, illique totius flagitij compositores morri adiudicentur. Quomodo? Illis ipsi arboribus. Viriim accedant: Primum interrogat. Dico tibi, si crimen videris inter arbores committit: sub qua, precor, arbor? Respondet hic sub pruno, alter vero sub scino. Audistis ex ore proprio mendacium: cum vnus testetur sub pruno, alter sub scino? Arbores illæ quas volis sumpstis ad probationis argumentum, ipse sunt, quæ punitendam vestram detegunt nequitiam, & perfidam produunt evidenter passionem. Sic igitur illos conuicit, confudit, morteque damnant, Susannam ab omni scelere immunem, pudicitie exemplar absoluit.

Eodem profecto modo Christus hodie Principes illos propriis argumentis conuicit & medius, & ipsi ministrorum arguit arboribus: illas Hieron. Bapt. de Lazusa Tom. III.

etenim, quas ipsi proferunt, vt constet omnibus Christum reum esse vinculorum & carceris, & ministros quos Christo capiendo delinunt, ipse Christus assumit, quibus suam euidenter probet iustitiam, & ex æquo cõuenire, vt ipse prædicet, ipse vivat, ipse doceat: graue nimis esse flagitium velle illi manus iniicere truculentas tantorum auctori beneficiorum, illi os occidere, ex quo celestis adeo doctrina manat auditoribus. Vnde diuina sua fretus potentia illos commouet, & ad Phariseos remittit, vt ipsos adeant, & elata voce fateantur quod. *Nunquam sic locutus est homo.* Quo factio tanto sunt pudore confusi, percussis, prostrati, vt teste ipso Evangelista, continuo ex Consistorio discesserint, nec in illo morari sint ulterius, nec sua prosequi fraudum machinamenta tentauerint: *Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam: & oraculum impletur eiusdem Eliphaz: postquam enim dixerat: Comprehendit sapientes in astutia sua, subiecit: Et consilium pravorum dissipat.* Quod Symmachus legitur *Disturbat.* Etenim perspicue eorum dissolvens rethoras, tantam excitauit in concilio turbationem, vt planè illud dececerit, singulis ad sua abeuntibus & per varia diuertacula, sicut in causa adulteræ disingentibus.

§. 2. Hanc Christi victoriam eleganter cecinit Abacuc propheta, & mirabili celebravit mysterio.

Celebris est adeo hæc Christi victoria, vt mihi persuadcam, quod in particulari voluerit illam Spiritus Sancti ore vatis Abacuc decantari in illo solemnî Cantico, quod de triumphis Christi composuit. Quantum spectat intentionem prophete variari video opinionem: nonnulli credunt quod pro gloria Dei celebrare voluerit prodigiosa facinora, quæ fecit dum filios Israel de seruitute vindicauit Aegypti; quidam arbitrantur illa tantummodo, quæ in hoc Christo sunt propria, decantari. Porro certius est, quod ambo predicare voluerit, illa per allusionem ad hæc, & illa quidem vt horum figuram, & in his completa: vnde aliquando loquitur de præterito, velut de præteritis, alias in futuro, velut de futuris. Sic opinatur Diuus Augustinus qui data opera totum hoc Canticum explanauit, est autem hoc Canticum adeo mysticum, vt etiam omnes totius orbis Oratores, qui fuerunt, & erunt, in vnum conueniant, non possent elegantius in vnum conuenient, vt etiam omnes *Tom. 5. & ma-*

4
I
I
Cantico.
Lib. 18. de
c. 32.
Tom. 5.
& ma-

H h h



& magis proprie triumphos hos explicare my-
steriosos: licet loquatur per metaphoras & Hie-
rographica.

Primum exorditur declarans, quis iste sit Do-
Abac. 3. minus veniens in mundum: *Deus ab Austro ve-
nit, & sanctus de monte Pharan.* Legunt Septua-
ginta. *A monte umbroso & condensis,* quam lectio-
nem sequuntur Græci Patres, imo & Ecclesia

I. I. Christus latina in officio Parascæves: *Deus* (inquit) *ab Au-
stro venit*, id est à meridie: & *sanctus de monte
umbroso & condensis*, de pomario celeberrimo.
Austro Videntur hæc sibi contradicere: pars enim meri-
venire ve dionalis, pars est lucis & claritatis illustrior. Si
Dens, & ex illa parte prodeat: qua veritate dicit, quod de
à monte monte descendit umbroso & condensis? Magnū
umbroso hic latet mysterium, & his voluit metaphoricis
vt homo personam nostri Salua oris exprimere venien-
tis: est etenim verus Deus, & verus homo, & si-
cut hæc nature sunt distinctæ, sic eum introdu-
citur diuersis partibus orientem. Primus egres-
sus est ab Austro & meridie clarissima, id est ab
intellectu Patris æterni, ex quo procedit & nas-
citur verus Deus: *Deum de Deo, lumen de lumi-
ne.* De hoc Austro fulgentissimo descendit verus
Deus, & dicere potest: *Ego ex Deo processi, &
veni.*

III. Secundus egressus est de monte umbroso, cō-
densis & arboribus consisto, hoc est de Virgine
D. Virgo sanctissima, quam eleganter appellat montem, ob
mons di- eius altitudinem cui conuenit illud de psalterio:
eitur um- *Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons pin-
biolus. guis, mons in quo beneplacitum est Deo habitare
Ps. 67. 17. in eo.* Mons hic est condensus omnigenis vir-
tutum, donorum ac gratiarum consistit arbori-
bus vt profani possit: *In me omnis gratia, via &
Fec. 24. 25. veritatis: In me omnis spes vita & virtutis.* Opti-
mè consistit arboribus inuenit eam Angelus,
quando eam salutauit: *Aue Maria*, fuit mons hic
umbratus: eum etenim Spiritus S. obumbravit, vt
in eius visceribus Dominum hunc produceret.
Ier. 2. 35. sic illi promittit Angelus: *Spiritus & superueniet
in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Proprie-
tatem, qua loquitur, aduerte: cum enim idem sit
Dominus hic, loquitur diuersis illam cōpellans
nominibus: secundum quod procedit ab Austro,
vocat eum Deum: *Deus ab Austro venit*, secun-
dum quod procedit à monte umbroso, dicitur
sanctus: *Sanctus de monte umbroso*: quia secundū
quod procedit à Patre: verus est Deus, & secun-
dum quod procedit ex Matre, sanctus est, cō-
ceptus ex opere Spiritus San. conformiter verbis
Angeli alas exposuit: *Ideoque & quod nascetur
ex te, sanctum.*

Illum propheta contempletur iam natum in IV.
mundo, eiusque glorias spectat & trophæa, quo Christi
circa sic addit: *Operuit caelos gloria eius: & laudis nauis
eius plena est terra.* Quanto lumine cæli, quan-
ta splendens claritate: Quam celestibus terra tur-
latur laudibus Angelorum, adeo diuina psal-
lentium melodia, vt totam impleant terram in-
tonando: *Gloria in Altissimi Deo, & in terra Luc. 14.*
pax hominibus bonæ voluntatis: Illico oculos suos
ad alium Christi deflectit triumphum, eum-
que his verbis clarius indicat: *Splendor eius vt
lux erit, cornua in manibus eius, ibi abscondita est
fortitudo eius.* His verbis confidat ipsum, qual-
iter præsepis conclusus angustis, fœnoque
iaceas tremulus, lucem suam mittat ad Orien-
tem, qua Reges Magos illuminet: cœnæque
manus eius fontes adeo (hoc enim phra-
Hebraica signatur per *Cornua in manibus eius*) vt
ex illo stabulo ipso adducat subactos, & sub-
ditos, sic vt prostrati & prouit in eius pueritia
diuinam adiuauerit celsitudinem, in eius pau-
peritate cœlestes diuitias, in iactantis eius glo-
riam beatitudinis, in eius firmitate diuinam
Patris fortitudinem: etiam *Ibi abscondita est for-
tudo eius.*

Progreditur vterius, & præclari Regis huius VI.
prosequitur victorias, & quibusdam expositis, a-
Hodie- liam commemorat, quam vt opinor habemus præse-
præsentem: *Asperit & dissoluit gentes, & contri-
tunt sunt montes: saculi.* Septuaginta legunt: *Lique-
fecit gentes,* cui lectissimi adhaeret Diuus Augu-
stinus nec incongrua videtur Diuo Hierony-
mo, a. corda liquefecit illis & viscera, vnde con-
titi sunt saculi: montes altissimi. Non poterat a 176. 3.
(si quid sapio) stylo magis proprio & tertiori Abacuc,
hodiernam describere historiam. Quales accu-
tunt apparitores, lictores prætoriani, quanto
fatu, fremitu, boatuque turgidi (idcirco di-
cuntur *Gentes*) corde in Christum obdurato
contumaces: eo accedunt vbi Christus prædica-
tioni verbi Dei insisteret, oculos hic suos ad eos
conuertit, & simul ad eos verba sua dirigit diui-
na, eorumque corda instat cœca liquefacit sibi-
que subicit: vt cuique eorum dicere liceret. *Ps. 12. 3.
Istum est cor meum, tanquam cera liquefcens in me-
dio ventris mei.* O supremam Dei potentiam! *As-
perit & dissoluit gentes.* Solo oculorum suorum
intuitu.

Eximiam fuisse notat Spiritus San. vatis Elia 5
potentiam, qua tantum effecit, vt nullo negotio VI.
potentissimos sibi subiecerit Reges Achab O. Elia lau-
choziam & Ioram filium eius: qua de causa datur po-
hoc illi canit epinicion: *Confregit facile poten-
tiam Eccl. 48. 6.*

etiam ipsorum, vires exerendo, non tantum in eo quod ipsos sibi subiugavit, quantum in eo quod maxima hoc facilitate, nec multa manuum commotione perfecit, imo aliquando, quod magis mireris, sola verbi sui fortitudine. Quanto potiori iure, hoc de Christo decantandum: etenim sola oculorum reflexione leones illos prosteruit rugientes, agnos eos efficit mansuetos, atea liquefacit eorum corda, & amore suo vehementer accendit: *Aspexit & liquefecerunt gentes.* Duritiam emollit, perfidiam convertit, odium, quo flagrabant, extinguit, tenebras illuminat, & leones ferocissimos in agnos transmutat mansuetissimos, inimicos sibi, sui facit amore feruidos, discipulos sibi conciliat & adscribit fidelissimos: itaque ferventiori animo, quo in Christum venerant, ad Principes suos revertuntur & Dominos, linguas suas in laudum eius vertunt instrumenta, facinorum eius facti predicatores, protestati, quod eundem illum non apprehenderint, sed ipsi potius eius essent amore capti, proponentes amodo personam eius esselemque sectari. Quo factum est, ut contriti sint altissimi saculi montes, Principes illi, summique sacerdotes, quorum tunc temporis dignitas ceteris erat eminentior: *Contriti sunt montes saculi.* Contriti sunt, elumbi, exanimis, pudore confusi, ut animus eis vltra non sit quo se Dominus obiciant adversarios. Et ut tales, suas vltra non profecti intentione omnes de consilio veloces evolant, demissa facie verecundi: *Et reversi sunt unusquisque in domum suam.*

VII.
Davidis
cum Lu-
dais col-
loquum.

Psa. 61. 4.

Tali facinori tale competeat supplicium, quandoquidem eum quotiescumque Christum conati sunt illaqueare, semper eventu sinistro res illis cecidisset, idem hodie illis obvenire debuerit. Ne Davidis verba illis appostè dicta trāscamus, & alia quædam die Sabbati præterito discussa. Prophetico lumine cernit illos in concilium convenientes in Christum armatos, & rationes, quas ibidem conferunt, qua ratione illum caperent, & quomodo tandem definiant suos illi mittere lectores, horrendo feroces strepitu, ut eum captivum adducant, utique puniendum: *Quousque irrutis in hominem? Interficiis universi vos, tanquam parietem inclinatum, & maceriem depulsa?* Dicite mihi Principes & sacerdotes insulti, quousque tandem violentus ille malitiæ vestræ perseverabit conatus, quo hominem hunc evenatis, perdatis & occidatis nefarij homicidæ? Hominem eum vocat ad humilitatis designationem, quod tanta modestus mansuetudine, nullo edito strepitu, nullo militari cinctus præ-

dio ferax, oberraret, q. d. Quid sit vos sceleris homo hic commisit: nec enim civitatem commovet, terram non perturbat, nemini onerosus, imo potius omnibus ad summum beneficus: cecos illuminat, claudis solidat gressus, mundat leprofos, satiat famelicos, solatur afflictos, resuscitat mortuos? Quod eius ob erimen illi mortem intentatis: *Interficiis universi vos?* Sæpe sæpius illi necem inferre moliti estis, & exitus voluntati non respondit. Recordamini qualiter illum capti, produxistis adulteram, & tanto pudore suffusi effugistis, ut non esset vultus, qui manere præsumeret. Cum alias viri manum aridam reslituisset sauitati, conciliabulum coegit, ut eum perderetis: *Consilium faciebant adversus eum.* *Marc. 6. 7.* quomodo eum perberem. Sed quam ignominioso delusi terga vertistis? Advenistis vestræ legis argumentis armati quibus illum convinceretis, & assumptis vobis Herodianis censuum Cæsaris emptoribus, solemnem quendam coadunastis cœtum, vobis persuadentes, quod nullo modo, vestras valeret evadere verusitas & vos omnes stupidos mutosque reddidit: *Quousque irrutis in hominem?* Quousque tandem? An vobis videtur, quod cum solus sit, nullius in terra fretus auxilio, nullo Principum favore dignatus, nullis copiis instructus militaribus, tam facili negotio possitis illum prosteruere velut parietem inclinatum, nullo solidatum fulcimento, qui vnico corruet impetu, soloque deiciatur? Adeste sinistro numine nati, animo feruidi ut eum impietatis: verum hoc scitote, quod vos sibi subiciat ut cadens paries: omnes etenim assultus vestri in vestrum revertentur damnum, & nominis vestri redundabunt ignominiam, & eo ipso quo diserte conamini dum eum studeatis apprehendere, vos ipsi capiemini, vos ipsi corruetis: Hæc igitur est illa gloriosa Christi victoria: eam ergo ad solitiam perpendamus utilitatem.

§. 3. Miserunt Principes. *Viua erat Principum malitia in Christum: quandoquidem data occasione profiliat, hinc examina an im te etiam viua sit.*

Refert D. Ioannes Evangelista Christum Dominum longum eum Principibus illis, Sacerdotibus & Doctoribus sermonem instituisse, in quo sic ut nullus alius eorum clarè cœcæm convicerit malitiam, ut quamvis eum
H h h a optavit